





De  
Scholarum,  
Saxonicarum præsertim

# HYEME

VIII. differit,

qui

VERNALIA


# ANNÆÆ SCHOLÆ

solennia,

*discessumque ab illa III. discipulorum*

*hoc, quem receptum jam olim novimus, more  
indicit*

M. Christianus Augustus Freyberg  
Rector.



DRESDÆ, in Urbe nova J. A. Schwenckius impressit.



**A**ccipient excusationem meam, quæ uisum, (1) cur plures etiamnum paginas uno exemplo darem, omnes boni & antiquitatis amantes: sed accipient ex ea parte, quatenus mora aliqua augeri posse librorum numerum, ut magis lucide appareat progenitorum infelicitas, scripsi: illam partem excusationis, ne paupertas suppellectilis quondam nostræ proderent, (sic enim iudicant quidam,) nec noscō, nec probō. Non sane diuitiis patriæ gloriōr, quas cineres premunt, æternumque prement: verum pari modo usque ad finem persequor reliqua prisca simplicitatis, an subtilitatis? monumenta, quæ multa jam enarravi, autoresque igitur nomino, & cum nominibus res simul noto. Hi autem erunt fere.

*Mercurii Trimegisti aureum planeque divinum opusculum de potestate ac sapientia Dei, interprete Marsilio Ficino Florentino.*

§ De *typographia incunabilis* & inventoribus libri pugnabat epilogus his verbis: Desideratissimo Christi Ihesu op. max. auspicio vel maxime fretus extremam saneque lepidam huic opusculo manum imposuit spectatissimus ille vir *Johannes cognomento Opitio nis*, Primarius civis *metropolitane Urbis Maguntine*, *Faustissima* eorum propagine factus, qui divinam ferme *callographicæ* artem propriis fatibus inveniit. Anno virginæ partus 1. 5. 0. 3. octavo Idus Aprilis. Proinde lector vale, si quidem lecta boni equique consulueris: sin minus, efficiat pietissimus indulgentissimisque parens ille Deus vestigio respicias. (2) Iterum atque iterum vale humanissime Lector.

§§ Post non multo hoc legendum dabatur: Impressum & expletum est *divinissimum presens opusculum* In nobili urbe *maguntina artis impressorie inventrice illuminatrici* ceque *prima*. Per *Joannem Schæffer* Anno dñi millesimo quingentesimo tertio. In vigilia *Palmarum*.

*De Divina Providentia contra Mundi sapientum circa hæc varia & mirabilia eramenta. Libri Tres.*

Quis? ubi? quando eos publicaverit? nec principium, neque finis me docuit. *De Ortū Progressu & Fructu S. Theologie, cum considerationibus directionibus & cautelis in studio S. Theologie observandis Opusculum.* Impressum typis per *Baccalarium Martinum Herbipolensem*.

*Memorabiles Evangelistarum Figure.*

*Trilogium Anime*, non solum *Religiosis*, verum etiam *secularibus* predicatoribus, confessoribus contemptantibus & studentibus lumen intellectus & ardorem affectus amministrent.

*Clausula talis erat: Finit opus insignè tripartitum de Anime videlicet potentis passionibus habitibusve, initiatum, continuatum, consummatum ad Theobertiam in devotissimo S. Bernardini loco suburbii preclare cristianissime Urbis Brunnenensis, marchionatus Moravie, (sive Berman in Mähren) Curie te anno 1493. § Post hoc in imperiali Civitate Nurnberg ad preces Fratrum Minorum ibidem commorantium per Antonium Koberger ad laudem Dei impress.*

(1) Vid. Progr. VII, p. 42.

(2) *Obsevationes* ejusmodi passim in Bibliotheca hac reperiuntur.

pressum & ad hunc usque finem feliciter perductum A. D. 1498. 6. die Martii.

†

Idoneum arguti operis initium faciunt epistole amabæ Fratris Paulini de Lemberg (3), Ordinis minorum de observantia olim provincialis Vicarii provincie Bohemie, (data ex loco Sancti Bernardini extra Brunnam, vor Brunn, anno salutis 1496. in festo sancte Scolastice virginis: ) & Patris Nicolai Glasberg (4) de Moravia, ejusdem ordinis professi in Nuremberga confessoris, (missæ ex Nuremberga 20. d. Februar. 1498.)

† †

In Prologo libri Auctur infra (num. 3.) in conspectum productus separatim 12  
70

(3) Fr. Lemberg schreibt an den Glasberg / seine Bemühung, die er wegen des Drucks des Trilogii hätte, gereichte ihm ad meritum cumulationem, cum bellantibus & ad sarcinas remanentibus æqua debeatur portio, & pari modo sapientie elucidatoribus ac promotoribus, denen die gute Bücher, und Possillen insonderheit, geschrieben, und andern, die sie herzuach auß Tageslicht brächten. Er berichtet ihm ferner, wie hoch der Reverendus Pater, Frater Ludovicus a Turri, Vicarius provincie S. Anthonii reverendissimi Patris generalis Commissarius, das Trilogium gehalten, indem er es in Italien 3. Jahr den sich achabt, und ganz durchlesen, tanquam librum refectum seraphicis ardoribus & eburneis illuminationibus, quantitate non magnum, (es war doch ein ziemlich dicker Quart Band,) sed continentia virtuali maximum, scientia profundum, sapientia alcum &c. Hieraus erteilt er des Auctoris dieses Buchs, den der Pater a Turri sacre theologie seraphicum interpretem titulirt, Leben und Wandel kürzlich. Derselbe heisst also Fr. Ludovicus de Hilsberg, (Heilsberga, oppido Prussiae Polonicae, der Ermeländischen Bischöffe alten R. side. 8.) oder de Prussia, olim nominatus Johannes, mit dem Zunahmen Wolgemuth. Ab ineunte ætate studio literarum ac sacre pagine se applicavit, in alma universitate Colonienf. promotus ante annos 39. (1457. denn die Rechnung der Zeit ist nach dem dato 1496. zu machen.) Posthec rexit scholas in Gerlitz, (\*) in Posnania, (zu Posen) in Thorn &c. Demum per annos 30. sub regulari observantia strenue Christo militans introivit in potentias Domini &c. Er ist zu seines Herrn Freude ein egagan. Endlich bittet Lemberg für sich und im Rahmen seiner Confratrum den Glasberg, daß er auß ehesten das Buch wolle drucken lassen.

\* H. Grofsen ist er nicht bekannt gewesen: Deswegen finden die Herren Görliger hier ein Supplementum zu s. Lausig. Merckwürdig ge. P. IV. f. 107. seq. item zu C. G. Nevii Orat. de Gymnas. Gorl. & Rector. ejus (1737. 4.) Er kan nach M. Steynenbergens das Rectorat verwaltet haben.

(4) In Glasbergs Briefe an Paulinum (sic) des Lembergs elogium zu lesen, quod irresragabiliter veteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta cultus observet, & ad edificationem fidelium amantissime veluti bonus instructor adjiciat aliquid culmini fabricæ ecclesiastice non sine timore divino &c. Davon wäre eine Probe seine Vorlesung vor den Druck des Trilogii &c. (3) des Fr. Ludovici de Prussia, den er sühnehmlich rühmt als Preceptorum beati & veri sancti viri, Fratris Alexii, sacerdotis in Wratislavia ordinem ingressi, & deinde sepulti in loco Boutou in Capella sancte Crucis, qui in Domino obdormiens multis hodierno anno (1498.) claresceret miraculis &c.

Ἰεράρχων Φωτισίας Doctores enumerat venerabiles; ex quorum scripturariis philosophicis, theologicis ac thesophicis sarraginem congegesserit Trilogis. Retineant suum ordinem singuli, ut dispositi a decurione peritissimo cernebantur. (I) Aristoteles egregius, qui commune nomen omnium philosophorum Anthonomacice sibi proprium esse meruit, ut nominaretur philosophorum philosophus &c. & qui post inquisitionem tolerantissimam prestantissime, optime, supreme, prime cause fertur dixisse: Inveni te causam primam, (5) fac me tibi placentem. II. Autor libri de spiritu & anima, (non Augustinus, (6) sed Hugo, Canonicus (7) regularis ecclesie S. Victoris Parisiis &c. III. Thomas de Aquino, cujus doctrina & scriptura est sal condians doctrinam aliam qualemcunque: hanc qui sequitur, non ambulat in tenebris, a via non deviat, a sacra scriptura non errat, vitat laqueos, confundit devios & instruit dubios, & in philosophie ac theologie splendoribus veritates irrefragabiles elucidans (a mota concussione fallaci) stabilem ceteris transeuntibus pedem figit. IV. Alexander Anglicus de Hales, prout libri Cronicorum & Conformitatum ordinis Minorum edocent, Magister actu legens Scripturam S. in Parisiensi Universitate &c. Hic super sententias primus NB. scripsit componendo unam summam plenam dubiorum titulorum & questionum. Opus autem suum a 72. magistris theologie scriptura propria ac sigillis est approbatum, & demum per bullam Dni Alexandri Pape quarti, unde propterea irrefragabilis meruit appellari &c. in titulari etiam Fons vite promeruit &c. V. Bonaventura, alias Eustachius bene scilicet. Fortunatus, natione Tuscanus. Balneus regius, (8) NB Cardinalis primus ex ordine Minorum assumtus, Doctor dictus Seraphicus. VI. Nicolaus de Lyra &c. NB. Hic totam Bibliam postillavit (9) VII Johannes Gerson, Cancellar. Parisiensis, qui iuste Christiani agnomen promeruit &c. &c.

Libellus de Doctrina loquendi & tacendi ab Albertano Caustico Praxiensi ad instructionem Filiorum suorum compositus. Impressus ac finitus Lipsiæ, A. D. 1495. Specula omnis status humane vite venerabilis patris Dionysii Prioris domus Carthusie in Ruremund.

Opus presens insignis & admodum utilis impensis Petri Wagner, Nurenberge efficitum &c. 1495. §§ Quin.

(5) Der Frat. Grisch hat ihn an. 1479. gar unter die Philosophos Salvatos & catholicos gezehlet. v. Progr III. p. 14. num. 2.

(6) Denn es wird der Barbis darinne cleist, der viel jünger ist, als Augustinus.

(7) Er heist insgemein Hugo de S. Victore, mit dem Zunahmen Lingva Augustini oder Alter Augustinus, studiosus quippe ejus emulato. Tribemius und Pantalcon machen unrichtig einen Abt aus ihm. Leg. Olear. Bibl. Script. Eccles. T. I. p. 353.

(8) Bagnaria, Balneum regis, Balneo regium war seine Vater-Stadt, er aber des Alexandri ab Ales discipulus, nach dessen Ausspruch er nicht in lumbis Adami peccantis gewesen.

(9) Der Ludwig de Heilberg, ein Rector auf 3 fürnehmen Schulen / vid. num. 3. hat doch so elendes Latein geschrieben, den *Donat* nicht gekunt,

§ Quingve specula suspenderat *morosus* (10) admodum artifex. I. Prelatorum, (f. in imperiis magistratibusque versantium) II. Subditorum. III. Sacerdotum. IV. Secularium & mundi hujus amatorum. V. Stimulum penitentiae. Appendicis loco proposuerat *Agonizantis Speculum*.

Aureum speculum anime peccatricis, docens peccata vitare ostendendo viam salutis, editum a quodam *Cartusense*. (†)

(†) O tu *Carthusia* proles! nescio, quis? adscripserat.

§ Inanis à fronte pictura *διδάσκαλον* representabat, quem *hemicyclus* caput ambiens, & insidens dextro humero *columba* a vulgari quodam *lectore* discernabant facile, magis præterea *versus* appositus: *Accipies tanti Doctoris dogmata sancta*. Cæterum hoc genus scripturæ fragmentum erat *speculorum Dionysii*, de quo non multo ante mentionem fecimus, caput scilicet quartum pene integrum, *secularium* ibi *speculum cognominatum*, præfationem septemque sectiones parumper modo immutatas exhibens. Auctoris nomen, domicilium, dignitatem sine dubio celare voluit fraudis artifex, ne, quod fecerat, furtum statim patesceret.

*Directorium* statuum, seu verius: *Tribulatio Seculi*.

Sunt he materie hoc in opusculo contente.

§ Oratio per Dominum Doctorem, *Job. Geiler de Keyfersberg* in presentia Episcopi & Cleri in *Synodo Argentinensi* facta.

§ Oratio M. *Jodoci Gallici Rubiacensis*, in *Synodo Spirensi* habita presente Dño Ludovico ejusdem ecclesie incho Episcopo, 4. Id. Maj. A. . . .

§ Epistola de miseris *Curatorum* aut *plebanorum*.

§ *Monopolium Philosophorum* vulgo, der *Scheline* Junffe.

§ *Monopolium* vulgo des *Lichschiffis*. (11)

§ *Metricatura* de errore *Illustrium Doctorum* de sine hujus mundi *dissentantium*.

†

Non cuius liber hic, puto, nec semper occurrit, quare titulo & epistome quædam contentus erit, nihilque amplius requirit lector. *Argentina* in lucem Seculo XV. prope ad finem deducto prodit *Directorium Petro Attendornio*, bibiopola faciente sumtus, consultore *Wimphelingo*, viro non incelebri. Utriusque literæ incognitæ hic reperatur.

*Jacobus Wimphelingus Sletatensis* *Petro Attendornio*, *Bibiopole Argentinæ* *Salutem*. Consultuisti me, *Petre*, si tibi imprimende sint *Orationes due*, quas *Job. de Keyf.* sacrarum literarum interpretis profundissimus, & *Jodocus Gallus Rubiacensis* ad *Synodos Argentinensem & Spirensis* exactissime fecerunt, simul.

13

mul.

(10) Cain und Judas auch überall herfür, sonderlich aus dem *Speculo secularium*, cap. 6. de morte semper & ubique *timenda & expectanda* und im *Speculo agonizantis* wie in folgenden Progr. die Proben sollen aufgelegt werden.

(11) Sebast Brands *Navis stultifera* ist citirt in *Himmel* Tract. de *Canonicatu* p. 532. mit etnem excerpto. *Nicol. Höniger* hat darüber commentirt, *Keyfersberg* nar geprediaet. leg *Meschersch. Präf. zu Gumpelzheim* Tr. de exercit. *Academ.* In der *Biblioth. Seltiana* (1737.) App. min. p. 11. num. 70. kam für *Narragonica profectiois navis stultifera* per Seb. Brant, 4. sine loco & anno.

mulque si illis annectende fiat *Epistola de miseris Curatorum*, & quedam *Questiuncule* jocunde & plene joci. De *Orationibus* duabus hoc meum est iudicium, quod non potuit accuratius a quoquam dici, quid sit agendum cuique episcopo, quales ei consules assumendi, qualem se gerat in suos sacerdotes, quomodo universum ecclesie sue statum bene dirigat, quomodo vitia & cleri & plebis refecet, quam dictum est a Doctiss. *Joh. de K. Nemo sit sacerdotum*, qui non illam sepe legat, ut seiat se ab indoctis & illiteratis plerumque *Episcoporum consulis, scribis, satellitibus* immerito vexari, opprimi, si accipendi. Principes seculares summo labore querunt consiliarios *litterarum peritos*, & *episcopi* tovent consulares & scribas *laycos*, tanquam nihil ad eos attineat, si *violencia*, si *ignorantia*, si *legum & canonum moderamine* republica gubernetur. Dixit ille concionator uberrime, *quid sit Episcopi officium*, sed nec omisit ille *Rubiaccensis* *Jodocus*, quid ad *Clerum* quoque perineat. Posuit *dial-gum* lepidissimum, quo *mores & vitia cleri*, quo vitam *ruralium* atque *urbanorum* sacerdotum pulcherrime descripsit, nihil silentio preterit, quod bono militi christiane religionis necessarium esse videatur. Docet & *Epistola de miseris Curatorum*, quod, quemadmodum Christus crucifixus est a *Judeis*, ita quotidie *crucifigitur & tribulatur Plebanus a Parrochianis*. *Questiones* vero duas quis vitae humanitate clementiaque praeditus objurgabit te impressisse? Est illic *jocus*, attamen honestus, jocundus, neminem capiens, non nimis lascivens, non prebens scandala teneriori etati. Describuntur in *prima questiuncula* mores eorum, qui *philosophie* dediti sunt, quos non oportet habere *eximiam curam corporis sui*, non ad coacervandas divitias accendi, non in temporalibus oblectationibus conquietere. Describitur *secunda questione*, quod hi, qui inter *seculares & spirituales* ceteris sunt infeliciores, damnaque rerum suarum patiuntur, & assumpti sunt ad *navim pereuntium*, potissime ex numero *studentum* sint profecti. Caveant itaque *scolares* atque *studentes*, ne propter pigritiam, indiligentiam inconstantiamque suam, dum ad literas se ineptos reddiderunt, ad alios etiam status sint ineptiores, & ita in *navim* illam vulgo *Lichtschiff* appellatam cogantur ascendere. Omnia haec mihi visa sunt a bonis hominibus legi posse, nisi sint, qui *obtorro super illo, curvatis naribus, elevatis labris, dilatis scapulis* suas solas res efferunt, & ceteris proclis vilipensis *vix semel in anno risum* admittant. Vale felix. *Date spire bydibus* Octobris A. C. 1489.

PETRUS Attendorn Magistro Jac. Wimpfel. Preceptoris tuo salut. & Obedientiam. . . . Visum est mihi de novo nihil edere, edita tamen innumum coacervare. . . . Praefens Opusculum Directorium statuum conatus sum



lum interpretari, quod si diligens lector fuerit amplexatus, non solum quem *eligeret*, verum etiam statum quem *refuteret*, plenissime considerabit &c. Dat. Argent. 8. Kal. Nov. A. S. 1489.

† †

*Lamentationis* etiam *præcæ* partem dabimus, qualemque descripsimus. § In primis brevibus considera *status totius regni*. *Potentia est iustitia*, Ideo *Regnum est sine lege*. Dies est nox, Ideo terra est sine via. Fuga est pugna, Ideo regnum est *sine honore* &c. *Prepositus est fur*, Ideo regnum est *sine penitentia*. *Corrobole* vult esse *aquila*, Ideo nullus est discretio in patria. *Voluntas est Consiliarius*, Ideo regnum *male cogitur*. *Denarius est Judex*, Ideo regnum *male regitur* &c. &c. *Cætera textus habet*.

Epistola de *Miseria Curatorum* seu *Plebanorum* 1489. *Directorium statuum eandem* continebat vid. p. 55.

Liber de *Muliere forti* venerabilis Domini Alberti M. (12) Ordinis Fratrum *Predicatorum*, quondam *Episcopi Ratisponensis*, materias continens frugiferas variis sacre scripture *documentis fulcitas*, per *predicatoribus verbi Dei ac sanctæ contemplationis arcem* diligentibus maxime proficuas.

Quatuor *Novissima cura suis excerptis*, Impressa Lipsiæ per *Baccalarium Wolfg. Monacensem* A. C. S. 1497.

Finem nondum attingi; inter opus enim, quod in manibus habeo, numerus *librorum* crescit, ut in *vestigatione inchoata ferarum*. Sunt insuper, quæ dicenda restant, occasionemque huic *scriptioni novam* dederunt. Quippe dimittuntur nunc a me *tres juvenes* diutissime veli me *literarum doctore*, & *beneficiis una*, quæ apud nos his solent *tribui*, a quibus *Musica* non abest. Non clam se a grege *subducunt*, quo *lesa pietatis crimine* multi iuste a nobis *compellari* possunt, carbone notandi atro, nec *venia* faustisque *ominibus digni*: Sed gratam *deklarant mentem*, ubicunque ea *omnino ostendi* debet, *moderate sapientisque vitæ & humanitatis* comtæ tessera. Itaque ergo

### JOANNES Gottlob Freudentberg, Wachav. Misn,

chori ad huc *Præfectus*, *sermone* ubi *vernaculo* commonstravit, quam *verum*, quamque *vetus verbum* sit, quam *utile* nec *indecorum*, quam *necessarium* denique *opus*, quamque *jucundum*, *hominum animos in diversa studia inflecti*, memor *primus* omnium *gratusque cognoscetur*. Eam hinc in *Musica* deprehendit *svavitatem*, ut *illam* sibi *fumeret* adolescentis *genius*, quam, quoad *viveret*, *scienter imitaretur*, & in *urbe nostra*, *Musarum arce*, *inchoatam* semel *consummaret* *maturitatem*.

JO-

(12) Von seiner *Possilla* in *Evangelium B. Johannis*, vid. *Progr.* II, p. 11.

**JOANNES CHRISTOPHORUS Grundmann, Bischoffswerd.**

*Secundus ab illo, sermone Romano Prolem Patriæ literatam, generis hujus magnus cum sit numerus, quantum poterit, (13) decorabit, germanico autem ingenue fatebitur, ea sibi tribuisse Dresdam illustrem, ut plura ab ipsa parente Episcopoli proficisci non poterint. Studio ductus Theologiæ posthac habitabit Lipsia, ubi sacris etiam literis tempus deinde operamque dabit,*

**JOANNES Ehrenfried Bierenflee, Horburgo-Martisb.**


*qui Lipsiensibus Musis autumnalibus superioris anni nundinis jam adscriptus, beneficiis tamen D. ANNÆ etiamnum sustentatus, nunc demum ex cætu nostro decedit officiumque erga bene meritos conservat, postquam carmine germanico ex historiarum fontibus præceptum illud, quod omnium in animis esse debet, deduxerat: Signa in Microcosmo, (σημεία ἐν ἔθνεσι,) multo periculosiora esse, quam decantata illa (14) in macrocosmo, (ἐν ἄρανῶ, ἐν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, κ. τ. λ.) prodigiis.*

**JOANNES Gottlob Heerflog, Hœckendorffen, ex Dippoldisw. agro,**

*Scholas tandem & Academias cum nundinis conferet, & ad mercaturam bonarum artium proficisci sapientix cultores voce latina ostendet, patria eondiscipulos abeuntes comiter salutabit. Nos, quod reliquum est, applaudimus & V. D. MAII hora IX. audita, Januam Musei, scenamque lætam, PATRONIS, FAUTORIBUS, & AMICIS pandimus. Dab. Dresdæ postridie Cal. Maii, quas SPLEND. & AMPLISS. SENATUI quotannis festas, felices ante alias EIDEM & ab omni parte beatas serio precamur, A. 1738.*

(13) *Chronicon* Oppidanum & imitabitur & vincet.

(14) *Argumentum* hoc declamationis Juveni obtulit ex proximo anno 1737. *calum rubigundam*, XVI. D. DEC. longe lateque multorum animos terrens.




Pon No 615  
vol 18

ULB Halle  
002 693 135

3







De  
Scholarum,  
Saxonicarum præsertim  
**H Y E M E**

VIII. differit,

qui


VERNALIA

**ANNÆÆ SCHOLÆ**

solennia,

*discessumque ab illa III. discipulorum*  
*hoc, quem receptum jam olim novimus, more*  
*indicit*

M. Christianus Augustus Freyberg  
Rector.



DRESDÆ, in Urbe nova J. A. Schwenckius impressit.

